Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



LIPSIS. 324

est sathanae: et tenes nomen meum
et non negasti fidem meam. Et in di
ebus illis antipas testis meus fi
delis. qui occisus est apud vos ubi
sathanas habitat. Sed habeo ad
versum te paucca: quia habes illic
tenentes doctrinam balaam. qui do
cebat balach mittere scandalum coram
filios israel edere et fornicari. Ita habes
et tu tenentes doctrinam nycholaita
rum. Similiter poenitentiam age. Sicut
minus: veniam tibi cito: et pug
nabo cum eis in gladio oris mei.
Qui habet aures audiat quid spi
ritus dicat ecclesiae. Vincenti dabo ma
nna absconditum: et dabo illi calculum
candidum. et in calculo nomen novum
scriptum. quod nemo scit nisi qui ac
cipit. Et angelo thyatirae ecclesiae scri
be. Haec dicit filius dei qui habet
oculos tanquam flammam ignis: et
pedes eius similes aurichalco. Novi
opera tua et caritatem tuam et fidem. et
ministerium. et patientiam tuam: et opera
tua novissima plura prioribus. Sed
habeo adversum te paucca. quia permit
tis mulierem iezabel. quae se dicit pro
phetam docere. et seducere servos meos:
fornicari. et manducare de idolo
thytis. Et dedi illi tempus ut poenitentiam
ageret: et non vult poenitere a forni
catione sua. Ecce ego mittam eam
in lectum: et qui moechantur cum ea in
tribulatione maxima erunt. nisi poenitentiam
egerint ab operibus suis: et filios eius
interficiam in morte. Et scient omnes
ecclesiae quia ego sum scrutans renes
et corda: et dabo unicuique secundum
opera sua. Vobis autem dico ceteris qui
thyatirae estis. Quicumque non habent
doctrinam hanc. qui non cognoverunt
altitudinem sathanae. quemadmodum
dicunt. non mittam super vos aliud pon
dus. Tamen id quod habetis tenete do
nec veniam. Et qui vicerit. et qui
custodierit usque in finem opera mea:
dabo illi potestatem super gentes. et re
get eas in virga ferrea. et tanquam vas
figuli confringentur: sicut et ego ac
cepi a patre meo: et dabo illi stellam
matutinam. Qui habet aures au
diat quid spiritus dicat ecclesiae. ·m·

Et angelo sardis ecclesiae scribe.
Haec dicit qui habet septem
spiritus dei. et septem stellas. Scio
opera tua quia nomen habes quod vi
vas: et mortuus es. Esto vigilans
et confirma ceteta quae moritura erant.
Non enim invenio opera tua plena
coram deo meo. In mente ergo habe
qualiter accepis et audieris: et serva.
et poenitentiam age. Si ergo non vigilaveris:
veniam ad te tanquam fur. et nescies
qua hora veniam ad te. Sed habes
paucca nomina in sardis. qui non in
quinaverunt vestimenta sua: et ambu
labunt mecum in albis. quia digni
sunt. Qui vicerit sic vestietur ves
timentis albis: et non delebo nomen
eius de libro vitae: et confitebor nomen
eius coram patre meo. et coram angelis
eius. Qui habet aures audiat quid
spiritus dicat ecclesiae. Et angelo phila
delphiae ecclesiae scribe. Haec dicit sanc
tus verus. qui habet clavem David:
qui aperit et nemo claudit: claudit
et nemo aperit. Scio opera tua. Ecce
dedi coram te ostium apertum. quod ne
mo potest claudere: quia modicum habes
virtutem. et custodisti verbum meum. et
non negasti nomen meum. Ecce dabo
tibi de synagoga sathanae qui dicunt